


I N D E X
PRAELECTIONVM

ACADEMIA ROSTOCHIENSI
PER SEMESTRE AESTIVVM

I N D E
A D I E XXIV. A P R I L I S
ANNI MDCCLXXXII
H A B E N D A R V M.



LITTERIS ADLERIANIS.



PROFESSORES PVBLICI.

ORDO THEOLOGORVM.

IOACHIM HARTMANN, Consist. Duc. Consil. Phil. et SS. Theol. Doctor huiusque P. P. O. per instans Semestre aestivum Dominis Commilitonibus suis, SS. Th. Cultoribus, operam praestiturus est suam, praelegendo. 1. Collegium *Theologiae Dogmaticae* binis quotidie horis, nimirum hora matutina IX—X. Partem I et II, hora X—XI. Partem III, explicaturus, praeunte S. R. JO. BENEDICTO CARPZOVIO, *Libro Doctrinali Theologiae purioris*. 2. Collegium *Theologiae Exegeticae* duce b. BAUMGARTEN im Unterricht von Auslegung der heil. Schrift, hora antemeridiana XI—XII. 3. Collegium *Critico-Exegetico-Chronologicum* in omnes Libros Historicos V. T. secundum *meditata propria* cum Dnis Auditoribus communicanda, hora post meridiem IV—V. 4. Collegium in *Prophetam JESAIAM*, quo non modo curatissime totius Prophetici Libri Analysin exhibiturus, sed et Vaticinia Prophetiae distincte explicaturus, et per complementa sua singulorum confirmaturus est sensum, hora vespertina V—VI. 5. Collegium *Disputatorium* super *Theses Theologicas et Biblicas*, quas cum Dnis Auditoribus suis communicaturus est hora vespert. VI—VII. Omnium horum Collegiorum initium erit die mensis Aprilis XXIII.

D. IOACHIMVS HENRICVS PRIES, Theol. P. P. O. et ad aedem Sp. S. Pastor, hora VII—VIII. partem secundam Theologiae Dogmaticae ex S. V. Doederleinii summa Institut. Theologi Christiani tradet, hora IX—X. priorem partem Historiae Religionis atque Ecclesiae Christianae secundum Compendium Schroeckianum enarrabit, et hora X—XI. vel Prophetas XII. minores exponet, vel in libros symbolicos Ecclesiae nostrae commentabitur, S. V. Schulzii *Handbuch zur symbolischen Theologie* secuturus.

D. CHR. DAV. ANT. MARTINI, Theol. P. P. O. et Consist. Ducal. Assessor, *Publice*, praesertim in usum eorum, qui *Seminarii Paedagogico-Theologici* sodalitis adscripti sunt, diebus Lunae et Martis h. XI—XII. *Theologiam Homileticam et Pastoralem* ad ductum compendii *Niemayeriani* (Homiletik, Pastoral-Anweisung und Liturgik, Hal. 1790) docebit; Praeterea *exercitationes Homileticas et Catecheticas* more consueto moderari perget. *Privatim* vero h. VII. tradet *Doctrinam morum*, ex disciplina Christiana, e breviario *Doederleiniano*, (Entwurf der Christ-

Christlichen Sittenlehre, ed. sec. Jen. 1791) h. VII. *Psalmos*, h. II. *Acta Apostolorum*, et *Epistolam ad Hebraeos* interpretabitur.

D. WERNER CAROL. LUDOV. ZIEGLER, Theol. P. P. O. design. publice die Saturni h. XI—XII. *historiam Systematis rei dogmaticae* inde a primis eius rudimentis usque ad compendia nostri temporis exponet. *Privatim* eadem hora *quinis* diebus primam partem *Theologiae dogmaticae* ad *Mori* epitomen Ildae edit. tradet. Hora IV—V. in epistolas *Pauli*, ordine temporis, quo scriptae sunt, servato, commentabitur, ab epistolis ad Galatas, Thessalonicenses, Corinthios etc. orsurus.

ORDO JURECONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, J. D. et P. P. O. Seren. Duc. regn. a consiliis iustitiae, offert sequentes praelectiones hoc semestri instanti certissime absolvendas. Docebit 1) feudale tum longobardicum, tum mecklenburgicum, differentias utriusque luculenter exponens, duce Püttmanno; 2) ius civile mecklenburgicum ad propria praecepta; 3) historiam pragmaticam transactionum novissimarum mecklenburgicarum de 1755 et 1788.

D. W. V. WIESE, P. P. O. per instans semestre aestivum continuabit manuductionem practicam, eamque extendet ad modum procedendi in ambobus Imperii tribunalibus usitatum praecunte perill. Püttero. Deinde offert praelectiones pandectarum duce beato *Hellfeldio*, et explicationem juris feudalis ad filum perill. *Boehmeri*. Nec iis deerit, qui exercitiis examinatoriis et disputatoriis interesse cupient. De horis commodis necum convenient commilitones honoratissimi, ut postea in valvis publicis de iis mentio fieri possit.

IO. CHRIST. ESCHENBACH, hora VIII—IX *institutiones iuris civilis*, et hora XI—XII *ius criminale* interpretabitur, hora porro ex votis auditorum determinanda *processum civilem* tam ordinarium quam summarium theoretice et practice docebit, et quovis die Sabbathi exercitationes disputatorias instituet. Inferuient his praelectionibus *Waldeckii institutiones Heineccianae*, *Meisteri principia iuris criminalis*, *Knorri Anleitung zum Process*, et *Walchii introd. in controuersias iur. civilis*, (edit. nouissima)

D. ADOLPHVS DIETERICVS WEBER, P. P. O. per instans semestre aestivum docebit horis matutinis VIII—IX et IX—X. *Pandectas* HELLFELDIO duce; ita tamen ut titulos Digestorum, qui de *iudicio civili* exponunt, binis per hebdomadem horis separatim, idque ordine magis congruo, commentaturus sit. Qui lectiones suas in *doctrinam de actionibus et exceptionibus* in foro legitime et caute proponendis, secundum SCHMIDII aut MENCKENII institutiones desiderent, vel ad quaestiones pro-

positas respondendo exercitari cupiant, iis, si de horis convenire liceat, luentissime ducem se praebebit.

D. ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, P. P. O. hor. VII—VIII *jus publicum Imp.*, hor. X—XI *jus canonicum* et hor. XI—XII. *historiam juris, juncta methodologia juris*, adhibitis V. V. Illustrum Pütteri, Bömeri et Selchovii elementis, tradet.

ORDO MEDICORUM.

PETRVS LUDOLPHVS SPANGENBERG, Serenissimo Duci regnanti a Consiliis Cancellariae Secretioribus atque Archiater, per instans semestris aestivum, si benignissimum Numen emendet valetudinem hucusque pro dolor! tenuem, libenti animo Therapiae specialis alteram partem, quae morbos chronicos comprehendit, tradet.

D. SAMVEL GOTTLIEB VOGEL, P. P. O. *Materiam medicam Moenchii* interpretabitur, *Medicinae clinicae partem alteram*, quae de morbis chronicis agit, exponere perget, atque *ejusdem primam partem*, quae morbos febriles complectitur, duce *Sellio*, denuo explicabit, horis postmodum in tabulis publicis indicandis.

D. AUG. AENOTH. WEBER, Med. Prof. publ. ord. Civitatis Rostochiensis Physicus, per id, quod instat, semestris scholas medicas habebit has: I) h. VII—VIII *Physiologiam* c. h. auctore *Jadelot*, II) h. VIII—IX *Pathologiam* et *Semioticam Specialem* auctore *Junckero*, III) h. XI—XII *Therapiae* alteram partem, quae *Speciales Medendi Methodos*: recenset, ex *Macbridi* ductu; et has quidem doctrinae medicae literas per sex hebdomadum horas pertractabit. *Pathologiam* IV) *Generalem* h. IV—V ex propria sciagraphia, V) *Semioticam Pathologicam Generalem* (ex propriis addita physiologica) h. V—VI auctore b. *Dello*, VI) *Therapiam Generalem* h. II—III auct. cl. *Ploucqueto* VII) *Helcologiam Generalem* ex suo libro, qui post nundinas Lipsenses peractas prostabat in officinis (*Allgemeine Heilkologie oder nosologisch-therapeutische Darstellung der Geschwüre*. Berlin 1792) h. VI—VII; et has quidem doctrinae medicae literas per quatuor hebdomadum horas pertractabit.

D. GVILIELMVS JOSEPHI, P. P. hor. VIII—IX *physiologiam* c. h. tradet, hor. IX—X *pathologiam* tam generalem quam specialem docebit, hor. XI—XII d. Lun. Merc. et Ven. *Osteologiam* c. h. hor. II—III vero *selectiora chirurgiae capita* exponet.

D. ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE, P. P. per hoc semestris aestivum publice in enarrandis auxiliis versabitur, quibus subveniendum

dum est submersis, suffocatis, aliisque, qui dubia morte opprimi videntur, ad vitam forte latentem refocillandam; *privatim* vero 1) h. VII mat. de cognoscendis et curandis *morbis venereis* aget; h. XI mat. *Institutiones medicinae popularis* s. rationes vitam rectamque valetudinem tuendi iis, qui artis medicae studio operam non dant, exponet; et 3) h. II p.m. *Morborum muliebrum* pathologiam ac therapiam duce ill. *van Doeveren* docebit.

ORDO PHILOSOPHORVM.

HENRICVS VALENTINVS BECKER, Phil. D. et Prof. O. et ad Aed. Iac. Past. hora XI—XII. *Logices* praecepta secundum ordinem Cel. *Federi* in libro germano tradet, hora autem IX—X. exercitia *Disputatoria*, et si ita visum fuerit Auditoribus hon. simul *examinatoria* philosophica publice instituet, ad alias quoque praelectiones, quantum reliqua negotia Academica permittent, paratus.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, b. c. D. h. IX. Elementa Hebr. Syr. et Arabica binis cuique dialecto tributis horis propinabit. h. X. tribus prioribus hebdomadis diebus *Iobum*; tribus vero posterioribus *Chaldaicas S. S. Pericopas* cursoria lectione expediet.

HERMANNVS IACOBVS LASIVS, Graecarum Literarum Professor P. O. instanti semestri aestivo in rebus, ad Philologiam, tam Graecam, quam Romanam, pertinentibus operam atque industriam suam offert Commilitonibus doctissimis, harum disciplinarum studiosis, amantibusque, et quidem horis ipsis sibi commodis.

D. IACOBVS FRIDERICVS ROENBERG, Sereniss. Duci Regnant. a consiliis aulicis et Prof. Moral. P. O. volente Deo, per instans semestri aestivum hora VII—VIII. *Philosophiam moralem* duce beato *Dariefio*, hora VIII—IX. *Encyclopaediam* et *Methodologiam Juris* praecunte celeberrimo *Schott*; hora IX—X. *Historiam Imperii Rom. Germ.* ad filium Perill. *Pütteri*; hora II—III. post meridiem *Jus Territoriale Statuum Imper. Rom. Germ. publicum* cum applicatione ad *Jus Publ. Meelenburgicum*, et quidem duce Illustr. *Schnauberto* in *seinen Anfangsgründen des Staats-Rechts der gesamten Reichslande* docebit, et denique hor. III—IV. die Mercurii et die Sabbato *Constitutionem novam* et Regni *Francor. et Polonor.* cum animadversionibus historicis et jur. publ. et Gentium inservientibus, explanabit.

M. SAMVEL SIMON WITTE, Ser. Duci regn. a Consiliis aulicis ac Juris N. et G. Prof. P. O. per instantem aestatem Praelectionibus *Logices*, *Juris naturalis* ac *Philosophiae moralis*, *Strauffio*, *Hoepfnero*

ac Schmidio ducibus, horis e valvis publicis tempestive indicandis, vacabit; nec *Metaphysicam*, si auditorum sufficiens numerus aderit, docere recusabit.

G. SCHADELOOCK, Philos. Doct. et Prof. P. O. Auditoribus suis per semestre instans aestivum explicabit. 1) *Logicam et Metaphysicam* praecunte Ill. Federo; 2) *Matheseos explicatae, Scientias opticas* duce Karstenio; 3) *Architecturam civilem forenses* e compendio *Wiedeburgi*. Quibus addet 4) per aliquot horas cujusvis hebdomadis *Geographiam mathematicam*; denique 5) diebus Mercurii et Saturni *Matheseos purae* praecepta *examinando* repetere constituit, si qui erunt, quibus quomodo ea memoriae inhaereant experiri utile videatur. Horas his scholis destinatas e tabula publica tempestive indicabit.

P. I. HECKER, Mathes. Prof. 1) *publice* difficiliora arithmeticae et geometriae capita uberius illustrabit; *privatim* 2) *analyseos finitorum* et, si tempus permiserit, *infinitorum elementa* e compendio cel. Kaestneri tradet; e *mathesi adplicata* vero *scientias* 3) *mechanicas et opticas* ad ductum compendii Karsteniani docebit.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAVRENTIVS KARSTEN, Oec. P. P. O. per instans aestivum semestre b. c. D. horis VII — VIII. *Agriculturae praecepta*, VIII — IX. *Matheseos adplicatae* et IX — X. *Matheseos purae* elementa 5 per hebdomadem horas demonstrabit.

GERARDUS PHILIPPUS HENRICUS NORRMANN, Seren. D. r. M. a consiliis aulicis, Historiar. atque Politicar. Disciplin. P. P. O. PRIVATIM 1) *Historiam*, quam vocant, *universalem*, ad comp. illustr. Schlözer *Weltgeschichte nach ihren Haupttheilen* etc. h. VIII — IX; 2) *Historiam J. R. Germ.*, duce Püttero, h. XI — XII. 3) *Praecipuorum Europae regnorum atque rerumpubl. statum, ut nunc est, politicum* (Statistik) ad comp. illustr. Achenwall *Staatsverfassung der europ. Reiche*, h. X — XI; PRIVATISSIME vero sive *Geographiam* ex breviario illustr. Gatterer, sive *Technologiam* ex comp. ill. Beckmann *Anleitung zur Technologie*, hora auditoribus commoda, illustrabit.

D. HENR. FRIED. LINCK, P. P. O. 1) *Geologiam* s. de mutationibus, quae planetae nostrae acciderint, publice 2) *Historiam naturalem*, ductum secuturus Blumenbachii in *Handb. der Naturgesch.* 3) *Chemi- am*, experimentis illustrandam 4) *Botanica*, privatim docebit. Horas praelectionibus destinandas suo tempore cum commilitationibus communicabit.

Doctr.

DOCTORES PRIVATI.

THEOLOGIAE.

IOANNES MARCVS CONSTANTINVS TARNOW, Philof. Doctor S. S. Theolog. Baccalaureus, per inflans femeltre aestivum, horis honoratiffimis Dominis Commilitonibus fibique opportunis, *popularem Dogmaticam* ad filum compendii *S. V. Griesbachii* docebit, ac *ultima Novi Testamenti* interpretabitur.

IVRISPRVDENTIAE.

IOAN. FRID. THEOD. BVRCHARD, D. institutiones iuris romani, duce Hoepfnero ufurus, illustrabit, deinde praxi iuridicae discendae operam daturis in collegio practico confilio et ope praesto erit, nec non illis, qui collegium examinatorium in digesta desiderauerint pro virili satisfacere studebit.

V. I. BESELIN, I. V. D. examinatorium in Institutiones, duce Hoepfnero, offert, omnemque operam alia iuris civilis exercitia theoretice & practice desiderantibus pollicetur.

F. G. I. BVRCHARD, jur. I. V. D. per instantes sex menses aestivos hora VII—VIII. et IX—X. Digesta secundum filum b) Boehmeri l. Hellfeldii (prouti auditoribus arridet) praelecturus est. Hora XI—XII. annuente facultate philosophica aesthetices principia duce Eschenburg tradet. Nec iis derit, qui privatissima iuris Romani, tum Institutionum cum Digestorum exercitia instituenda cupiunt.

D. ANDR. BERN. CAR. WIESE, hora VII—VIII. *STRUVII iurisprudent. rom. germ. for.* explicabit, hora XI—XII. *institutiones iuris civilis*, duce WALDECK praelecturus est; et hora auditoribus comoda, *examinatorium digestorum* instituet.

CHRISTIAN WOLH. STEIN, I. V. Cand. et Advoc. immatricul. offert praelectiones *Iuris feudalis* in *G. L. Boehmeri principia iuris feudalis*, *Iuris criminalis* ad ductum *C. F. G. Meisteri principiorum iuris crimin.*; ad *Ius Lubecense* aut *processum iudiciarium* tradendum quoque paratus.

SCIENTIARVM PHILOSOPHICARVM.

M. GEORGIVS LVDOVICVS OTTO PLAGEMANN, Lycei Rostochiensis Rector, nonnullis horis a munere suo vacuis, Homeri Iliadis libros priores, proxima aestate interpretabitur.

M. JOA.

M. IOACHIMVS HENRICVS LVDEWIG, L. Angl.
 L. Publ. in communem utilitatem studiosorum, qui in rudimentis linguae anglicae iam sunt versati, proponet *Publice* e libro idiomate Anglico scripto, cui titulus *Neues Englisches Lesebuch von I. M. F. Schultze, Halle 1789.* explicationem partis huius libri inscriptae, *Geschichte des Römischen Reichs von den ersten Zeiten des Verfalls bis zur Erbauung von Constantinopel nach Gibbon,* nec non, si temporis ratio permiserit, explicabit partem dicti libri, quae inscripta est: *Coaks Leben und Entdeckungs-Reisen nach Kippis.* Rudimenta vero *Linguae Anglicae* omni fide et industria — *Privatim* — docebit.

M. I. D. WESTPHAL, quinque per hebdomadem horis opportunis Homeri Iliadem, praemissa introductione, interpretabitur.

M. ADOLPHVS CHRISTIANVS SIEMSEN, per semestre aestivalum I) *Historiam naturalem,* quinquies per hebdomadem, hora nondum constituta, duce Perill. *Blumenbachio,* tradet. II) *Technologiam,* quatuor per hebdomadem diebus, secundum *Conradi Anleitung zum Studium der Technologie,* Leips. 1785. 8. horis commodis, docebit. Officinas opificum cum Auditoribus visitabit. III) *Vegetabilia Patriae,* quaternis septimanuae diebus, potissima corpora demonstrando, praecunte *Celeb. Timmio,* hora commoda, enarrabit. IV) *Lithologiam Patriae,* exemplis mineralium illustratam, hora commoda dierum Mercurii et Saturni, ad ductum compendii proprii, exponet.

C. W. AHLWARDT, per instans semestre aestivalum hora e tabula publica indicanda 1) Sophoclis tragoedias publice; 2) Horatii vel Iuvenalis satyras privatim interpretabitur. 3) Aesthetices principia duce cl. Eschenburg privatim tradet. In lingua Italica, Anglica, Gallica et Hispanica proficere cupientibus operam suam dicare continuabit.

* * * * *

Bibliotheca academica nec non Museum singulis Mercurii ac Saturni diebus aperiuntur. *Artem equitandi* discere cupientes in nostro Catadromo opportunam desiderio suo satis faciendi invenient occasionem. Sunt quoque apud nos Magistri peritissimi, qui *linguae Gallicae* praecepta dant, commode *saltare* docent, *palaestrae* operam dantes instituunt, et arte *pingendi* erudiunt.

P. P. ROSTOCHII,

DIE III. APRILIS MDCCLXXXII.

